

Octauus

campis non sine ostento quodā tempore illo generolos spiritus iugum subire pdigio significāte. Nā q̄ ita uestus est cum Mima cytheride supra mōstra etiam illarū calamitatū fuit. Primus autē hominū leonē manu tractare ausus: & ostendere māsuēfactum Hāno e clarissimis p̄cenoꝝ traditur. Dānatusq; illo argumēto: quoniā nihil nō persuasurus uir tam artificis ingenii uidebat: & male credi libertas ei cui in tantū cessisset etiā feritas. Sūt uero & fortuita eorū quoq; clemētiae exēpla. Mentor syracusanus in syria leone obuio suppliciter uolūtate attonitus pauore: cū refugiētī undiq; fera opponeret sese: & uestigia lāberet: adulātī similis animaduertit in pede eius tumorē uulnusq;: & extracto surculo liberauit cruciatu. Pictura casum hunc testatur syraculis. Simili modo Helpis samius natione i africam delatus naue. iuxta littus cōspecto leone hiatu minaci arborem fuga petit. Libero patre inuocato: quoniā tum p̄cipuus uotoꝝ locus est: cum spei nullus est. Sed neq; profugienti cum potuisset: fera institerat & procūbens ad arbore hiatu quo terruerat miserationē quārebat. Os morsu ualidiore adhæserat dēribus: cruciabatq; inedia. Tum pene in ipsis eius t̄alis suspectantē ac uelut mutis p̄cibus orātem: dū fortuitu fidens non est cōtra feram Multoq; diutius miraculo q̄ metu cessatum est. Digressus tandem euellit p̄benti: & q̄ maxime opus est accomodātī. Tradūtq; q̄ diu nauis ea i littore stetit retulisse gratiam uenatus aggerando. Qua de causa libero patri tēplum in samo Helpis sacrauit: quod ab eo factū gr̄ci σωτροσ, ηεωσ λινυσοου appellauerē. Mirēmur postea uestigia hoīum intelligi a feris: cū etiā auxilia ab uno animalium spernent. Cur, n. non ad alia iere? aut unde medicas manus hominis sciūt? nisi forte uis malorum etiam feras omnia experiri cogit.

De pantheris.

Cap. xvii.

AEquē memorandū & de panthera tradit Demetrius physicus. Iacentem in media uia hoīs deliderio repente apparuisse patri cuiusdā Philinis affectatoris sapiētiae: illū pauore cœpisse egredi. Ferā uero circūuolutari nō dubie blandientē sese conflictantē m̄rore: qui etiā in panthera intelligi posset. Fœta erat: catulis p̄cul in foueā delapsis. Primū ergo miratio nī fuit nō expāuescere. Proximū ei curā intendere. secutusq; qua trahebat uestem unguium leni iniectū: ut causam doloris intellexit simulq; salutis suæ mercedē: exemit catulos: eaq; cum iis prosequente usq; extra solitudines deductus læta atq; gestiente: ut facile appareret gratiam referre: & nihil inuicem imputare: quod etiam in homine rarum est. Hæc fidem etiam Democrito afferunt: qui Thoantē in achaia seruatum a dracone narrat. Eum nuterierat puer dilectum admodum: pauensq; serpentis naturam & magnitudinem metuens in solitudines tulerat. In quibus circumuento latronum insidiis agnitog; uoce subuenit. Nam quæ de infantibus ferarum lacte nutritis cum essent expositi prodūtur: sicut de conditoribus nostris a lupa magnitudini fatorum accepta ferri æquius q̄ ferarum naturæ arbitror. panthera & tigris macularū uarietate prope solæ bestiarum spectant. Cæteris unus ac suus cuiusq; generis color est. Leonum tantū in syria niger. Pantheris in cādido breues macularū oculi. Ferunt colore earū mire sollicitari quadrupes cunctas: sed capitis toruitate terreri. Quamobrem occultato eo reliquas dulcedine inuitatas corripunt. Sunt qui tradant in armo iis similem lunæ esse maculam crescentem in orbes: & cauantem pari modo cornua. Nunc uarias & pardos: qui mares sunt appellant in eos omni genere creberrimo in africa syriaq;. Quidā ab iis pantheras solo candore discernunt: nec ad huc aliam differentiam inueni. Senatus consultum fuit uetus ne liceret africanas in italiam aduehere. Contra hæc tulit ad populum Cn. Aufidius tribunus plebis: permisitq; circensium gratia importare. Primus autem Scaurus ædilitate sua. cl. uniuersas misit. Deinde Pompeius magnus quadringentas decem. Diuus Augustus quadringentas uiginti. Idem. Q. Tuberone Fabio Maximo cons. iiii. nonas maii theatri marcelli dedicatione tigrin primus omniū Romæ ostendit in canea mansuēfactā. Diuus uero claudius simul quattuor.

De tigridis natura: & camelis: & cameleopardali: & quomodo primū uisa romæ. Cap. xviii.

Igrin hyrcani & indi ferūt aīal uelocitatis tremendæ: & maxime cognitæ dū capiūt. Totus eius fœtus q̄ semper numerosus ē ab insidiāte rapitur equo q̄ maxime p̄nici: atq; i recentē subinde transfertur. At ubi uacuū cubile reperit fœta maribus enim cura nō est sobolis fertur p̄ceps odore uestigās. Raptor appropinquāte fremitu abiicit unū ex catulis. Tollit illa morsu: & pondere etiā ocior acta remeat: itere cōsequitur & subinde: donec in nauē regresso irrita feritas læuit in littore. Camellos iter armēta pascit oriēs: quoꝝ duo genera bactria & arabia differūt q̄ illi bina habēt tubera in dorso: hi singula: & in pectore altere: cui incubant. Dentiū supiore ordine: ut boues carēt in utroq; genere. Omnes autē iumētoꝝ iu iis terris dorso fungunt: atq; etiā equitatu in p̄liis Velocitas iter equos. Sed sua cuiq; mensura: sicuti uires. Nec ultra assuetū p̄cedit spacium: nec plus instituto onere recipit. Odium aduersus equos gerunt naturale. Sitim & quadriduo tolerant. Implentur cum bibendi occasio est & in p̄teritū & in futurū: obturbata conculcatione prius aqua: aliter potu non gaudent. Viuunt quinquagenis annis: quidā & centenis. Vt cunq; rabiē: & ipsi sentiunt. Castrandi genus etiā fœminas: quæ bello p̄parent inuentū est. Fortiores ita fiunt coitu. negato. Horū